



INSCRIPTIONES VETERES

REATE QUAE EXSTANT.

ACCEDVNT DISSERTATIONES DVAE.

INSCRIPTIONES VETERES

REATE QUAE EXSTANT

EXSCRIPSIT

RAPHAEL GARRUCCI

EX SOC· IESV·

REGIAE ACADEMIAE HERCVLANENSIS ITEM PONTANIANAE ET ROMANAE
ET INSTITVTI ARCHEOL. ROM. SOCIVS ORDINARIVS.



ACCEDVNT DISSERTATIONES DVAE ITALICE SCRIPTAE :

1. De septem fragmentis inscriptionis amphitheatri puteolani.
2. De *Vespasiano. III. Et filio. C.s* in amphora pompeiana.



BRUXELLIS,
E TYPOGRAPHEO J.-B. DE MORTIER,
30, via dicta Namur.

MDCCCLIV

ERRATA.

Pag. 11, *ligne* 27, *au lieu de :* Erat olin, hic titulus in aedibus marchionum Vecchiarelli (Angel. p. 77) *lisez :* Erat igitur Romae in pavimento ante ecclesiam s. Anastasiae.

Pag. 31, *ligne* 29, uso.... usò.

Pag. 32, ...ΘΗΡΟΜΑΧΙΑΝ.

Pag. 33, *ligne* 4 ... CXCIV.

Pag. 34, *ligne* 10, ...n. 3.

Pag. 36, *ligne* 2, AMPHITHEATRVM, *ligne* 32 Vespasiano.

—

Inscriptionum reatinarum syllogem quamdam manuscriptam habet Codex Vaticanus, n. 6040, inter variorum schedas. Libellus modicus est manu Aldi iunioris, ut eques Jo. B. de Rossi putat, qui mihi notitiam excerpsit. In unius fronte scriptus titulus est *Liber sabinensis*, et eiusdem paginae parte aversa notatur annus MDLXVI. In eo insunt inscriptiones sabinae sane non multae, plures Umbriae et Thusciae suburbicariae, tandem reatinae, quas inter romanae etiam referuntur, e. g. Gruteri CMXII, 8, DLXVI, 5. Sed praeter hanc, quae haetenus latuerat, aliam aliquam syllogem fuisse non absurde inde colligi puto, quod Pompeius Angelottus qui inscriptiones reatinas edidit in opere inscripto : *Descrittione della citta di Rieti*, Roma, 1635, et Gabriel Naudaeus, qui sub idem tempus (v. praef. Gorii in Jo. Bapt. Doni inscriptiones antiquas, Florentiae, 1731) Donio dedit, ita diversas describant, ut earum nulla apud utrumque referatur. Naudaeus certe tabularium Ecclesiae reatinae dum instauraret (1), invenire aliquid potuit, vel Reate ab amico accipere (2). Neque vero Angelottus is fuit, qui dum historiam ipsam reatinam ex aliorum scriptis conficeret, inscriptiones potius ex monumentis, quam ex scripto excipere voluisse credendus sit. « Jo feci ciò, in-

(1) Gabr. Naudaei *Tabularii Maioris Eccl. Reat. instauratia*, Romae. 1640.

(2) Inscriptionum reatinarum partem inveni nuper in codice inscriptionum Romae confecto anno 1554, qui fuit olim *Laevini* Torrentii, quem ego citabo deinde his siglis Torr. mss.

quit ille, ad effetto, che queste memorie da me raccolte la maggior parte in manoscritti serbate, non s'estinguessero affatto; ti prego ad iscusarmi se trovi qualch' errore o di ortografia o di latinità nelle antiche iscrittioni in questo libretto allegate, perchè così sono state trovate in antichi marmi» (op. cit., p. 6). Patet praeterea ex inscriptione Flavio Valentiniano posita, quam Angelottus docet esse apud Vecchiarellos. Haec vero romana est, et Netum in Siciliam allata, Reate nunquam fuit (v. pag. 11). Mirum profecto esset, Naudaeanas omnes sic periisse ut nullam Angelottus reperiret. Et tamen tabula SABVLEIAE posita exstat adhuc, quam Angelottus non habet, at apud Donium est ex Naudaeo, qui apud Sonantios eam esse testatur. Interim titulus C. RVSTICELLI, quem esse apud Sonantios Codex Vaticanus et Angelottus affirmant, a Naudaeo omittitur: atqui inscriptiones, quas Naudaeus dat, Sonantiorum sunt, tantum non omnes. Est etiam liber manuscriptus Laureti Mattei: « La patria vendicata dalle ingiurie del tempo »; quem ego non vidi, sed qui habuerunt in manibus, nihil fere afferunt novi. Denique Aloisius Schenardius professor hum. litt. edidit titulos reatinos in opere, quod inscripsit: « Antiche lapidi reatine, » Rieti, 1829. Jam antequam Schenardius suum libellum typis committeret, optimo consilio ill. comitis Hyacinthi Vincenti Mareri tituli omnes qui Reate erant comportati in aedem publicam civitatis (palazzo comunale), ibique muro fixi sunt. Hos ego cum describerem, tanto favore exceptus sum a civibus urbanissimis, ut etiam unius tituli latus muro inclusum et caemento obductum statim ut pateret per fabrum effecerint: quorum patria caritas et tam bonum erga me studium erat officii mei ne silentio praeterirem. Editores qui aliquem tantum ex titulis reatinis suis collectionibus inseruerunt, ut Apianum, Lipsium, Smetium, Manutium, Gruterum aliosque, suis in locis refero: neque enim instituti mei est colligere ex libris titulos reatinos, sed tantum a me exscriptos edere in lucem.

1.

Reate in Sabinis in marmore reperto in aedibus Pauli Aromatarii, ubi templum fuisse creditur sancti Sabinorum Dei, *Cod. mss Laevini Torrentii.* Trovata (nel 1618 hist. ms. Mattei) in un sollevato monticello nel campo reatino vicino a Contigliano, chiamato colle di santo, in un tempio di forma sferica, aperto verso il cielo (quod antiquariorum reatinorum commentum facile dixeris), ora in casa Dei Pennichi in qualche parte mutilato, *Angelotti:* A Rieti in casa di ser. Gabriello, *Cod. Vat.* Trovasi ora fra molte altre vel palazzo della comune di Rieti, *Guattani.*

PATRI·REATINO·SACR
OB·HONÓREM·AVGVSTÓR
VI VIRI AVGVST
"BETVINVS FE'LIX
LICINIVS· SVCCESSVS
OMPONIVS· MODERA'TVS
TTIVS· MODERATVS
I *V*S· HER*MEROS*
VS· ACHORISTVS

L· D
D· D

Litteras obliquas addidi ex Cod. Vat. Ligor. Man.

Exscripsi. Quod Angelottus, p. 89, huius tituli integram inscriptionem dat, dum affirmat eum esse 'in qualche parte mutilato, id quidem ostendit, quod suspicatus eram, eum ex aliorum schedis titulos exscribere. Supplementa haec afferuntur ab Angelotto et Fabretto, v. 4, seqq. TITVS

AVLVS
TITVS· P
PVBLIVS· VE
LVCIVS· FLAVIVS· HERMEROS
CAIVS· SABINVS· ACHORISTVS

Quae cui exscriptori primum debeantur incertum. Multo enim ante an. 1554 mutila observata Torr. mss: item Ligorius (ap. Murat. XCV, 3) et Codex Vaticanus, n. 6040, unde in Manutii orthographia derivatur (p. 337, 40 ed. 1566, et p. 333, 40 ed. 1591), mancum dant: eodem pacto exhibet Gruterus XCVI, 8, sed Fabrettus, I. D. p. 30, n. 141, edit integrum ex scheda Camelii, cuius tamen lectio ita cum Angelotto convenit, ut ex eodem auctore, unde Angelottus habet, profecta videatur. Ceteri hos priores describunt, ut Gudius, qui in ed. sec. Grut. ex Fabretto supplet, p. XCVII, 8. Equidem Guattanium vehementer miratus sum, quod cum is Reate fuisset, titulosque in aedibus publicis civitatis collocatos vidisset, Angelottum tamen nec monens exscripserit (*Monum. Sabin.*, Romæ, 1828, II, 280). In Schenardio etiam invenio quod reprehendam; idem enim peccat quod Guattanius, et paucis quidem non recte ex ingenio immutatis: est tamen quod laudem, quod praenomina sex libertorum non integra ut ceteri, sed quaecumque ea fuerint, rectius siglis dat. Alii enim qui plena scriptione edunt facile falsi arguuntur ex superstite linea in v. 4, quam Ligorius servavit; sed Cod. Vatic. integrum T habet, ego partem inveni eam, quam Ligorius. Hoc indicio apparet cetera praenomina soluta sigla plane non fuisse. Παρεμβεβλημένον Ligorii Gruterus agnovit, et titulo sincero subiecit.


Quod Mattei in *Prosa mss.* aestimat anno 1618 hunc titulum inventum, hoc nisi de secunda eiusdem tituli inventione, verum iam esse non poterit. — v. 1. SACRVM Angel. Fabr. Murat. — v. 2 HONOREEM Cod. Vat. AVGVST Angel. AVGVSTI Fabrett. inde Gud. ed. 2 Grut., sed Orellius n. 1658 qui exemplum Fabrettianum ceteris praefert, approbat AVGVST, suppletque AVGVSTalitatis. Idem facit cl. Borghesius (*Bull. Instit.*, 1842, 102), at frustra, nam in lapide est AVGVSTŌR. Quamobrem hic OB HONOREM AVGVSTOR erit, ut reor, ob magistratum, quem Augusti Reate susceperint (1). Schenardius habet AVGVSTORVM, nec versuum divisiones observat, sed cl. Ritschlius qui Schenardii apographum probat (*Index Schol.*, 1852, p. XVIII), meliore scriptura adhuc caruisse

(1) Notum est, Imperatoribus romanis honores municipiorum et coloniarum nonnumquam oblatos, eosque per alios sibi substitutos gerere solitos.

dicendus est. — v. 4. BETVLINVS Torr. mss., BETVLNVS Angel, BETVLNIVS Fabr., BETVNIVS Gud., BETVINIVS Manut. Grut. Murat. Schen., sed Codex Vat. recte BETVINVS cui fidem non habuisse Manutius censendus est. — v. 5 IGINIVS Torr. mss. —v. 6 POMPONIVS id. — v. 7. ITIVS id. T. TITVS Cod. Vat. Manut. VETIVS Angel. Schen. versum totum omittit Murat. TITIVS Grut. — v. 8... VS·HERMEROS — v. 9... ACHERISTVS Torr. mss. VS. ACHORISTVS Cod. Vat. et alii deinceps praeter Angelottum et Fabrettum, quos sequitur Schenard. Paulo diminutiorem igitur ego lapidem inveni. Reieci siglas ad latus dextrum, ut in monumento, alii omnes in extrema tabula ponunt, item sicilicos addidi primus.

2.

Tra le macerie esistenti nell'atrio del palazzo del conte D. Giacinto Vincenti Mareri, che ne fe dono alla comune *Schenard.*, qui invenit.



Exscripsi. Schenard, p. 12, v. 1. Omitt. punct. in fin. Siglae dissimulant nomina dedicantis, qui Caius quidam Reatinus fuit.

3.

Giaceva mutilata e negletta presso le antiche carceri del comune, *Schen*. qui invenit; nunc est in aedibus publicis civitatis.

M·Ag ʀIPPAI·L·F
ᴄOS· TERT
*Pr*ᴀEFECTVR· REATN
PATRONO

Exscripsi. Schen., p. 16, v. 1 PPAE, 3 REATIN male utrumque.

4.

In aedibus publicis civitatis.

L? Valerius. Julianus.
PPPRAEFLE*vis armaturae. trib. coh..... et*
XIIII·VRB· TRIB·C*ohor.. proc. provincia*
RVM·LVG·ET·AQVI*tanicae. . . . .*
PROC·PROLEG·PRO*v. . . . . . sibi et. . . . . coniu-*
GI·ET. VAL.IVLIANOF*ilio ponendum. curavit.*

Exscripsi. Valerium Julianum praesidem Hispaniae Tarraconensis habes apud Apianum, p. VII, et L. Valerium Julianum decurionem

in colonia Lugudunensi dat titulus apud Boissieu (*Les inscr. antiq. de Lyon*, p. 148). Tertium debeo Africae, ibi L. Valerius Julianus Thamogadensis Beneficiarius Consularis in leg. III Augusta, Lambaese, ex eorum numero est, qui imagines sacras aureas fecerunt (Léon Renier, *premier rapport adressé à M. le Ministre*, 1852, p. 12).

Hic noster procurator provinciam nescio quam prolegato rexit, hoc est vice legati praesidis : doctus Marinius prolegatos nunquam se invenisse testatus exemplum unicum in Muratorio 1040, 6 rejecerat (Arv. p. 750, 6).

6.

Romae in impluvio S. Anastasiae, *Grut.* Rieti nel palazzo dei sigg. Vecchiarelli, *Angel.* Questa lapida così imperfetta e mancante quasi per metà fu per avventura situata nel palazzo del comune, *Schen.*

Ex P. Sirmondo

LIBERTATÍS D· N· *FLAVIO · GRATIANO*
FORTISSIMO INV*ICTISSIMO*
QVE PRINCIPISE*MPER· AVGVS*
TO
FLAVIVS · MAX*IMVS· V· P· PRAEF*
· VIG· D· *N· M· Q· EIVS*

Exscripsi fragmentum, quod superest. Edidit Angelottus, p. 77, qui nec versus observat, nec fragmentum hoc esse dispexisse videtur. Grut. 1086, 10, descriptore P. Sirmondo, Romæ. Hic ibidem vidit et descripsit titulum huic parem Flavio Valentiniano positum, quod notat etiam Havercampus in Hist. Angelotti p. 35, in Thes. Burmann. parte III. Erat olim hic titulus in aedibus marchionum Vecchiarelli (Angel. p. 77), immigravit inde Netum, exstabatque in mu-

seo baronis Fargioni, ut Kellermannus monet (*Vig. Rom. Lat.* p. 31, n° 19) ex Torremuzza (*Inscr. Sicil.* p. 41,35). Quam ob rem quid de Angelotto putandum est, qui in aedibus marchionum Vecchiarelli Reate esse praedicat, p. 77 ; Schenardius p. 73, utrosque hos titulos ex Angelotto exscripsit, erratque cum illo in v. 2, quem sic edit ....SIMOQ. PRINCIPI. S... Titulum, quem hic do, frustra quaeres inter Inscriptiones Vigilum a Kellermanno collectas.

7.

In agro reatino, in loco dicto la Madonna delle acque inter S. Victorinum et Interocrium, nunc penes Aloysium Buonafaccia.

Q. REATINVS SALLVSTIANVS LIBRPRF

Exscripsi. Aliam fistulam plumbeam effossam anno 1618 in fundo dominorum Peccatori dat Schenardius, p. 14 ex *Prosa ms.* Mattei :

CLODIVS FORTVNA
REIP. REAT

Quo loco aliae inventae sunt fistulae ita descriptae ab Angelotto, qui « marmora » falso vocat (op. cit., p. 101) : « Si legge in un marmo trovato nel 1618 in un podere dei Piccatori. »


REATINVS. SALLVSTIANVS
REIP· REAT
LIB. S. F.

« In altro marmo trovato in casa de'Pennichi : »

SALLVSTIANVS
REIP. REAT.
L. S. F

8.

Trovata in Rieti nello scorso secolo sul principio del clivo, che dal pubblico palazzo conduce al ponte, molto maltrattata dalle ingiurie del tempo, e logora al di dietro, *Schenardi*.



Excripsi. Edidit Schenard., p. 27, 28, — v. R. omisit Schenard., err. typ. In latere vero v. 1. E. DIB — v. 3. M. Schen. initio, quod abest. — v. 5. SIN... — v. 7. D....... Schen. et interpretatur *Decurionibus*, etc., ego nullum vestigium scripturae vidi.

9.

Reate Sabinorum, *Torr. mss.* In casa di Pietro Silverio a Riete, *Cod. Vat.* Reate in aedibus Petri Silverii, *Manut. Lips.* In casa Severi, *Angelotti.* Reati Sabinorum in domo Severiorum, *Pigh. ms.* Reate in domo D. Petri de Sanctis, *Apian.* In domo D. Petri de Sanctis, *Smet.* Romae, *Grut.*

DIS MANIBVS
C·IVLIO·C·F
LONGINO
DOMOVOLTINIA
PHILIPP*i*S· MACEDo
NIA· VE*t*ERANVS
LEG· VIII· A*v*G. DEDVCTVS
AB. DIVO AVGVSTO
VESPASIA*n*O· QVIRIN·
REATE· SE*vi*VO· FECIT
SIBI· ET· IV*li*AE C· LIBERT
HELPIDI *c*ONIVGI· SVAE
ET. C. IVLIOC· LIBERT· FELICI
ET· POSTERISQVE· SVIS FEC
ET· C· IVLIO· C· L· DECEMBRO
ET· IVLIAE Ɔ C· L· VENERIAE
ET· C. IVL*i*O· C· L· PROSDOXO

Exscripsi: Torr. mss., Cod. Vat., Manut. Orthograph. p. 70, 27, ed. 1566, p. 68, 27, ed. 1591. Apian. CXLIII ex Fr. Jocundo, Smet. CLXV ex Apian. Lipsius in auct. p. 50 ex Nic. Florentio, Angelotti, p. 70. Grut. 546, 6 ex Apian. et Floren. Orelli n. 3685,

Schenardi, p. 62. Apianus, ut Jocundus, versuum distributionem non observat: quam ob rem in his dividendis Cod. Torr. mss. et Lipsius in auct. Nicolaum Florentium vel Manutium secuti esse videntur. Smetius hic apographum Apiani correxit, quocum quidem LONGINO VOLTINIA dat. Torr. mss.. et Lipsius in auct. VOLTINIA LONGINO perverse. — v. 1. hunc omittit Manutius, habet tamen Cod. Vat., D. M. Angel. — v. 2. PHYLIPIS Apian., quam lectionem nemo unus tenet ex his qui se asserunt ex Apiano habere. — v. 4. vox DOMO locum mutat, ut dixi, apud Torr. mss., Lipsium et Gruterum, ea fortasse de causa, quod fugeret hos Voltiniam non esse Julii tribum, sed cognomentum urbis. Cuius moris secundum exemplum est in vocibus QVIRIN-REATE (cf. quae ad hanc rem attulit Hultmann Misc. Epigr. p. 276 seq, et Aldini, « sulle antiche lapidi ticinesi », Pavia, 1831, p. 55-60). Sic Antinum Sergia cognominatur (1). v. 6 VETERANVS om. Angel. — v. 8. DIVO omnes praeter Cod. Vat. qui recte DIVO — v. 10. REATAE Apian. — v. 12. Smetius et Gruterus interpolant ET LIB. LIBERTABVS, idque ex ingenio: namque Apianus et Florentius unde ipsi exscribunt, non habent. Profecto in vestigandis primis exscriptoribus et titulorum originibus falli saepe nos necesse est, si haec attendimus. — v. 14 SVIS om. Appian. habet Smet. Grut. v. 15 DECAMBRO Cod. Vat. Manut. Schen. — v. 16 VERIANAE Apian. Smet. Hic hederae notam Torr. mss. et Cod. Vatic. soli recte dant. — v. 17 PROSODO Apian. Smet.

(1) De nomine provinciae et civitatis patriae vide quae adnotat Hultmann. *Misc. Epig.*, p. 241, in hanc ipsam inscriptionem.

9.

A. S. Mauro vicino a Riete *Cod. Vat.* In agro reatino *Ligor.* Reate ad. D. Mauri *Lipsius*, Appresso la chiesa di s. Marone martire *Angel.* Reate cippus marmoreus *Grut.*

Ex cod. Vat. n° 6040.

DIS· *M*
C·COMI*NIO·* *C·F*
VETERANO *MIL· COH·* $\overline{V}$ *ii*
PR· >· MARTIALIS· *MI*
DEDVCTVS· REA*TE· A· DIVO*
VESPASIANO V *IX· A· XXX*
C·COMINIV*S·* *C· F*
SECVNDVS· PATRI *BENEMEREN TI*

f. COMINIA ·C· L· F· C

Exscripsi fragmentum, quod restat, omisi quae parieti tectorio addita sunt manu recenti. Schenardius ut operis antiqui ea dat, ego rettuli literis obliquis Codicem Vaticanum in quo alia manu descripta sunt, quae dedi literis paulum semotis, et suppleta puto ex ingenio. Ediderunt Lipsius, p. 50 a Florentio; Grut. 538, 2 ex Gutenstenio, qui ex Ursini schedis; Angelotti, p. 68; Murat. 807, 4, ex Ligorio interpolatum, additque se invenisse in sch. Vallicellianis, demum Antonium Aquilanum misisse. Fraudem Ligorii nec sensit Graevius p. CCCXXXVIII in Corr. et Add. ad p. 538, 2 ed. 2 Grut. Schenard. p. 59 dedit ut invenit in pariete suppletum. — v. 1. D J S Cod. Vat. — v. 2. in fin. PAR Grut. Murat. nempe ex Ligorio unde Gu-

tenstenius et schedae Ursinianae. Omittit Cod. Vat., in quo in versibus sequentibus quae adduntur, alia manu confecta puto. Florentius post Manutium lapidem fractum et mancum invenit. — v. 3. MIL Cod Vat. Angel. MI Schen. — v. 4. signum centuriae omittunt Lipsius, Angelottus. Muratorius vero dat T— v. 7 C. F Cod. Vat. al. manu C. L. Grut. — v. 8. SECVNDINVS Lips. — v. 9. C. init. Cod. Vat. rel. emendavi ego *fecit*, et addidi ad fin. v. 3 *ii*, monitus alio titulo qui in Cod. Vat. et ap. Angelottum et Schenardium p. 92 dat cohortem VII praetoriam a Vespasiano Reate deductam.

10.

Reate, in aedibus publicis civitatis.

L·VALERIO
VALENTI
VETERANO· LEG
VIIII · DEDVCTO · REÆ
A· DIVO· AVGVSTO
VESPASIANO
VALERIAE· CALE
L· VALERIVS· FORTVNAV
PATRONIS· BENE
MERENTIBVS· FECIT

Exscripsi. Ed. Schenardi p. 65. — v. 3 LEG omitt. Schen. errore typ. puto, cuius causa etiam monogrammata in fine versuum 4 et 8 male et imperfecte exhibentur.

11.

Trovata nell' agro reatino l'anno 1796. *Marini*

A· HERENNVLEIVS
CESTVS NEGÓCIATOR·
VINA'RIVS· A· SEPTEM
CAÉSA'RIBVS IDÉM· MERCATO·
OMNIS· GENERIS· MERCIVM
TRA'NSMARINA'RVM· LICTOR
VIVÓS· SIBI· FECIT· ET· LIBERTIS
LIBERTABVSQVE· SVIS·
POSTERISQ· ÉORVM

Excripsi. Ed. P. Vitus Giovenazzi (T. Livii Hist. L. XCI fragmentum, Neapoli, 1773, p. LIII) ut habuit descriptum ab Alexio Falconerio. Communicavit Marinio celeber Episcopus de Vita (Arv. p. 245, 6). Schenardi p. 52. Accentus omittunt aeque omnes. v. 4 ª inseritur literae O in marmore.

12.

Reate apud Sonantios, *Donius*. Reate in horto Sabunantiorum ad arenulam, *Fabretti*.

DIÍS MANIBVS
SABVLEIAE· SECVNDILLAE
FECIT· TI CLAVDIVS· DAFNIO
HORREARIVS CONIVGICARIS ////A
BENEMERITAE· DE· SEQVODROGASTI
MEVIVA· HABES. EHVEIEGOETMEI·

Excripsi. Ed. Fabretti IX, n. 371 ex sch. Barberinis, Donius CL.VIII, 81 ex sch. Vatic. et Gabr. Naudaeo; Schenardi p. 48. — v. 3 DAPNIOS Fabr. Don.: quorum exscriptores in describendo falsi sunt. Addunt enim S literam quae mansit ex litura nominis CAE-

SARIS subiecti. Fuit enim iste Dafnio prius Caesaris servus, inde manumissus, ferensque iam tria nomina, deleto DAFNIO CAESARIS, scribi iussit: TI· CLAVDIVS· DAFNIO. DARNIO, Schenardus, qui addit de linea ultima: « In questa iscrizione sono così corrose le ultime due linee, che appena dopo molta attenzione si può leggere la parola *Benemeritae :* forse il restante aurà detto *cum qua vixit annos.... menses...* » Legendum tamen sine dubio: *Me viva habes. Et tu. Et ego, et mei,* ut recte Donius.

15.

Presso i Marchesi Vecchiarelli, *Angelotti*

DIS MANIB
SEX· ANNI
IANVARI. VESTI
ARI VIXIT ANN
XVIIII SEX· ANNIVS
HILARVS ET
ANNIA HELPIS
MATER SCELERATA
QVAE HOC FACINVS
VIDIT· FILIO DVLCIS
SIMO FECERVNT
ET· SEX· ANNIO
ANOPTE PATRONO
BENE MERENTI

Excripsi. Ed. Angelotti p. 73, nec versuum divisiones observat. Schenardi p. 99. — v. 1. D. M Angel. — v 5 XIX id.

Reate in S. Angelo *Torr. mss.* Riete in S. Angelo *Cod. Vat* Vicino alla chiesa di S. Angelo nel borgo *Angel.* Reate, *Andreantonelli.* In S. Angelo *Grut.* S. Angeli in suburbio *Murat.* Nel muro della casa posta a lato della chiesa di S. Angelo, *Galletti.*

14 PITVANIA· L. L· DELPHIS
FECIT· SIBI· ET
P. MVCIO· NEDYMO· VIRO· SVO
REDEMPTORI· OPER· CAESARVM
L· PITVANIO· ELEGANTI· PATRI
VI· VIR· AVG· REATE
PITVANIAE · SECVNDAE · MATRI
FRONTIDI · SORORI
PITVANIAE · MARCELLAE EIL (*sic*)
L· PITVANIO · AMANDO
L· PITVANIO · LATINO
L· PITVANIO· REATINO · L· SVO· ET·
LIBERTIS LIBERTABVS
POSTERISQ. EORVM

Exscripsi. Torr. mss. Cod. Vat. Manut. Orthogr. 539,5, ed. 1566, et 530, 5 ed. 1591. Angelotti p. 66, Andreantonelli Hist, Ascul. p. 62. Partem dimidiam edidit Gruterus 451, 8 ad v. 6. ex ms. Pighii, reliquum supplevit Graevius in ed. 2. ex Aldo, Fabrettus p. 437, 36, ex Angelonio. Sed idem Gruterus integram tametsi corruptam ediderat ad 1028, 3 ex Ursinianis Gutenstenii, quae ponunt *Al Borghetto prope Ocriculum* (h. e. Interocrium), quam ligorianam fraudem puto. Schenardius p. 34. 35 id non sensit. Murat 9, 3, 5 ex Antinorio. Galletti, Mem. delle trè chiese di Rieti,

etc., qui descripsit — v. 1. II pro L. L. Murat. qui versuum divisiones non observat — v. 2. MOCIO Mur., NEDIMO Lips. Grut. Fabr. Schen. — v. 4. CAESARVM Cod. Vat. v. 7, 8, omittit Torr. mss — v. 9. FIL omnes — v. 10 POSTERISQVE Cod. Vat.

15.

Presso i sigg. Marchesi Vecchiarelli, *Angelotti.*

D · M
AELIAE · SECVNDAE
Q. FABIVS · CHRYSAVOR
AMICAE · B · M
ET · LIBERTIS · LIBER
TABVSQVE POSTE
RISQVE EORVM

Exscripsi. Ediderunt Angelotti, p. 72, Schenardi, p. 113, qui non servant versuum distributionem. v. 6, 7 Q. Ang. Sch.

16.

A Rieti *Cod. Vat.* In casa Vittoriti, *Angel.*

D · M
AVRELIAE
MARCIANAE
AVRELIVS
EVFROSINVS
CONIVGI · IN
OMNIBVS · CARISSIMAE

Exscripsi. Cod. Vat. qui versuum divisionem non servat. Angel.

74, Schen. 44-v. 2. MARCELLIANAE Angel. Schen.-v. 7. CASTISS Cod. Vat., CASTISSIMAE Angel. Schen.

17.

Reate in aedibus publicis civitatis.

D M SAC
COCCEIA PRIMA
COCCEIAE PRIMAE
FILIAE FECIT
SIBI ET POSTE
RISQVE SVORVM

Exscripsi. Ed. Schenardi, p. 45.

18.

Reate in aedibus publicis civitatis.

D M
TI CLAVDIVS HERMES·
CLAVDIAE IANVARIAE
CONIVGI SVAE BENEMEREN
TI·FECITSIBIETSVISLIBERTIS
LIBERTABV̄SQVE POSTE
RISQVE AEORVM ∽

Exscripsi. Ed. Schenardi, p. 43.

19.

Romae inter arcum Constantini et Septizonium Severi in pariete vineae Francisci Cicchi, *Smet.*, nunc Reate in aedibus publicis civitatis.

P· GABINIVS· VRBANVS
FECIT · SIBI · ET
P · GABINIO · APTO · FRATRI
PVBLILIAE · NAIDI · CONIVGI · ET
P · GABINIO · PROCVLO · VIX · A · IIII
LIBERTIS · LIBERTABVS
POSTERISQ · EORVM IN · F · VIIII
IN · A · P · VII

Exscripsi. Ed. Smet. CVIII, 15, qui vidit. Grut. 848, 10 ex Smetio. Schenardi, p. III.

21.


Reate in aedibus publicis civitatis.

D · M ·
SEX POMPVSIDIVS·
PRIMIGENIVS
LVSCIA [*Hic patera sculpta est.*] EVTYCH A
FECE RVNT
LVSCIAE APRILI·
FIL· SVAE VIX· AN· III·
MEN · III·

Exscripsi. Ed. Schenardi, p. 46. — v. 4 EVTICHE Schen.

20.

Reate in aedibus publicis civitatis.




D · M
IANVARIAE
FILIAE DVLCIS
SIMAE · VARIVS
COMMVNIS
PATER · FECIT

Exscripsi. Ed. Schenardi, p. 45, qui v. 5 COMVNIS.

21.

Reate in aedibus publicis civitatis.



SEX · VETTVLENO ·
SEX · FIL · MARCIANO
QVI · VIXIT · ANNIS · XL
VIII · MENS · VIII · DIEB
VII
SEXTIA · VICTORIA ·
MARITA · CVM · QVO
VIXIT · ANNIS · XX ·
CONIVGI · DVLCIS
SIMO · ET · PIENTI
SSIMO

Exscripsi. Ed. Schenardi, p. 42 et v. 6 H literam dedit ubi est asciae figura.—v. 12 FF addit Schenardius de suo ingenio.

22.

Reate in aedibus publicis civitatis.

D . M

25 SALFEI·AATHENAIS
QVAE·VIX·ANNIS·XII
MENS VIIII·DIES XXIII·FE
CITARRIVS·CRESCESCONQV
X·VIXANNVNÒ MENSES
VIIII

Descripsi. Ed. Schenardi, p. 41 male : nam v. 2 SALFEIAE ATHENAIDI, v. 3. XVII, v. 4 VIII, v. 6 VNO. MENSIB; verum in enarratione tituli recte MENSES.

23.

Rieti, in casa dei sigg. Vecchiarelli, *Angelotti*, Romae in hortis Matthaeorum, *Grut.*, Romae in museo Kircheriano, *Lupi*.

D *M* *Ex P. Lupi.*
MAVRELIVS DOMITI *ANVS SE VIVVS*
EMIT. ET. COMPARAVIT *FOCVM VIRGINEM*
ASOLO FECIT SIBIE *T LIBERTIS LIBE*
sic RTABVS OVE POSTER *ISOVE EORVM*
ITEM BAEBIAE PAR *THENOPE CON*
sic VIGI .SANCTISSIM *MAE IN FROTE*
sic PEDES· PM XVIIIINLA *TVS PEDES XVI*
ITEMINLATVS INVI AREATINA
RESPICIENTE LO NGVPEDES
·P·M·XXIIII·ETLA TV PEDESX
YHM · EX · II·NS
M AVRELIVS STASIMVS LIB· COEPTVA PATRONO
SVO· CONSVMMAVIT· SIBI· ET SVIS· QVOD SIQVIS POST
OBITVM · MEVM · VENDERE · AVT· DONAREVOLVERITINFARKPONTSSLN

Descripsi duo fragmenta quae restant. Angelottus primus dat primos duodecim versus (p. 71), affirmatque esse in casa dei sigg.

Vecchiarelli; versus etiam male distribuit. Confirmantur autem hoc insigni testimonio quae initio posui de Angelotto. Namque cum Gruterus ederet suum thesaurum ad decimi septimi saeculi finem, scripsit de hoc: « Romae tabula in hortis Matthaeorum recens effossa extra urbem, misit Sirmondus qui vidit. MCXXXIV, 12. » Quamobrem Angelottus ex scheda aliqua descripserit necesse est. In nova editione Gruteri exhibetur emendata ex Fabretto, p. 53, n° 309, quod monet ipse Fabrettus, et notat Havercampus in notis ad historiam Angelotti, ubi probat, v. 9, ARDEATINA. P. Lupus noster demum describit ex Kircheriano additque (*Epit. s. Sev. Martyr.*, p. 113): « Accipe e Museo p. Kircheri diligenter exscriptum epitaphium, quod licet ediderint Gruterus MCIL, 12, et Fabrettus 1, 309 p. 43, neuter tamen protulit ad ipsius saxi fidem ». V. 3. LOCUM omnes, FOCVM (sic) Lupi V. 4 ECIT|(sic) Lupi, qui V. 5 OVE, et 7 FROTE notat ex lapide, V. 8 PMXVI Lupi, V. 9 ARDEATINA Lupi, ego cum ceteris REATINA legi. V. 12 Y magnum exhibet Lupi; tamen hoc non excedit aliarum literarum mensuram. Porro quid significet, ipse se ignorare fatetur. Ego notam scripturae puto, quam *paragraphum* s. Isidorus appellat, docetque poni ad separandas res a rebus quae in connexu occurrunt (*Orig.* 1, XX, Lindemann). Schenardus dat ad pag. 66, nec a quo sumit quicquam monet; ceterum non ad lapidis fidem.

24.

A Riete in S. Maria *Cod. Vat.* Nella chiesa posta sotto la Cattedrale, riconosciuta sotto il nome di Grotta, *Schenardi*.

· X X X X I · I
D D D N N N F F F L L L
V A L E N T I N A I N *sic*
O VALENTI ET GRAS *sic*
TIANO PIIS FELI·IBVS
AC · TRIVMPHATORI B
SEMPER· AVGGG BO
N O R P N
V O T I S X
M V L T I S X X

Descripsi. Angelotti, p. 65, Guattani *Monum. di Sabina*, vol. II, 283, Schenardi, p. 63; citat Mommsen, *Insc. Neap. Lat.* ad 6263. V. 1 puncta omittunt omnes. — V. 2 addit puncta inter literas novem ultimas Codex Vat. III Guattani pro tribus L et V. 3. VALENTINIANO, ut ceteri.—V. 4. post GRA notam literae G omnes omittunt. C in v. 5 aliis literis parem dant. — V. 6 TRIVMPHATORIBVS omnes. Puncta addit Schenardus tribus versibus ultimis, et versus ceteros male distribuit cum Angelotto.

INTORNO A SETTE FRAMMENTI

D'UNA

ISCRIZIONE DELL' ANFITEATRO

PUTEOLANO.

Il P. Paolo Antonio Paoli uomo dotato di bell'ingegno e di corrispondente erudizione aveva giudicato l' anfiteatro Puteolano lavoro degli Etruschi. Ed era stato seguìto da altri archeologi di fama, tra quali non è certo da contar poco il Conte Gian Rinaldo Carli di cui sono le parole : *dalle vestigie dell' anfiteatro di Pozzuoli rilevasi che in esso la gradinata andava sino in arena senza indizio alcuno di Podio. Quell' edifizio fu certamente anteriore ad Augusto, e sembra eretto unicamente pel giuoco de' gladiatori, al quale appunto Augusto intervenne come abbiamo de Suetonio* (Antich. Italiche L. III p. 173). E sono le ragioni stesse del Paoli, alle quali se le scoperte recenti hanno risposto col dimostrare il podio prima interrato, onde non sia mestieri trattenersi di ciò, tuttavia non pare, che abbiano indotto negli animi la opinione che la Colonia Romana dedottavi da Augusto ne fosse la macchinatrice primiera. Ciò nasce da una falsissima persuasione fittasi in capo allo stesso Carli, che qui e altrove (p. 176) ci ripete esser *l' anfiteatro di Pozzuoli anteriore ad Augusto che vi sedette dentro come abbiamo da Suetonio.* Quelli che sostengono col Carli questa epoca non fanno ragionamento diverso da lui, onde basterà ricordare che tutti egualmente si danno vinti al racconto di Suetonio, il quale, secondo loro, insegna che Augusto avendo veduto un senatore romano in questo anfiteatro non ammesso a sedere, prese quindi occasione di stabilire la distinzione dei posti negli spettacoli (Carli Ant. Ital. p. 176.

Rucca Capua vetere p. 174 e 250). *Spectandi confusissimum morem correxit, ordinavitque motus iniuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto Patrum ut quoties quid spectandum usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret senatoribus.* (Suet. in Aug. c. 44).

Io riverisco le opinioni dei valenti uomini, ma nel citato luogo non si ha verun argomento di asserire che ci si parli dell' anfiteatro puteolano. Anzi vi trovo tre falsi supposti che per vero dire non troppo ne onorano gli autori. Perocchè ponno aversi *ludi celeberrimi* senza che siano anfiteatrali, e sono ludi i circensi, e ludi gli scenici; nè se qui si conoscesse che furono anfiteatrali, subito ci sarebbe permesso conchiudere che in questo anfiteatro era giuoco forza che fossero dati, potendo supplirvi un qualunque edifizio di legno o la piazza stessa, siccome o provato nella dissertazione letta nella tornata di aprile 1852 all' Accademia Ercolanese. In somma la menzione dei ludi nè induce necessità di supporli dati in un anfiteatro, e questo di pietra; come dunque conchiuder logicamente dalla menzione di *ludi* trovata in Suetonio, che Augusto sedette in questo edifizio? Lo stesso caso sarebbe, se dicendo alcuno, si è letta in Napoli una dissertazione, se ne volesse inferire, dunque ci è stata una seduta dell' academia Ercolanese e nel real museo Borbonico; quasi che la voce dissertazione non altro significasse che quella di archeologia, nè si potesse leggere in Napoli dissertazione se non in questo museo Borbonico. Ma un terzo falso suppposto v' è ancor da riprendere nell'abuso che fanno delle frasi suetoniane *quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat :* ed è, che le voci *ludi celeberrimi* siano proprio i giuochi gladiatorii, donde inferiscono che era lo spettacolo nell' anfiteatro. Lasciamo stare che neanche se fosse stato scritto *giuochi gladiatorii* si sarebbe potuto legittimamente pensare all' anfiteatro, essendo noto per tutti i trattati e per le osservazioni di Lipsio, del Bulenger, del Panvinio, del Mazzocchi, e del Maffei che si davano i *gladiatores* nel Circo ancora, nella piazza e nel teatro ; ma l' essersi apertamente scritto da Suetonio *per celeberrimos ludos*, non ci vieta egli di pensare appunto a gladiatorii? Perocchè chi disse mai nei

buoni tempi *ludi* gli spettacoli gladiatorii? Li dissero *gladiatores*, li dissero *munera*, li dissero *spectacula*, ma niuno troverà per avventura i giuochi gladiatorii detti da buoni scrittori *ludi*. La qual proposizione, perchè nuova, conforterò io con alquanti passi, che debbon bastare a cessarne al presente la meraviglia. Comincio io dal frammento di legge Giulia municipale editto dal Mazzocchi, nella quale si legge, p. 150. NEVE QVIS EORVM LVDEIS CVMVE GLADIATORES IBEI PVGNABVNT IN LOCO SENATORIO DECVRIONVM CONSCRIPTORVM SEDITO NEVE SPECTATO. Aggiungo le lapidi : L. Urvinio Filomuso GLADIATORVM PARIA X DARI, IDEMQVE LVDOS EX HSCCIↃↃICC PER DIES V FIERI IVSSIT (Murat. 616 4.). In Paola un Montano quattroviro giusdicente AMPHITHEATRVM SVA PEC. FECIT ITEMQVE MVNERE GLADIATORIO ET VEATIONE DEDICAVIT. Id. 612 7. In Osimo un altro di cui è perito il nome LVDOS FECIT, GLADIATORES DEDIT (id p. 117 4), e L. Fadio Piero GLADIATORVM PARIA XX EDIDIT IDEMQVE LVDOS SCAENICOS P. S. F. hassi dal Grutero (409. 3.). In Sorrento L. Cornelio AEDILITATE SPECTACVLVM GLADIATORVM EDIDIT, QVINQVENNALITATE SVA LVDOS SPL. . e in due Orelliane un T. Ancario Prisco OCTIES SPECTACVLVM GLADIATOR EDIDIT, AMPLIVS LVDOS FLORALES (Orelli 254. 5.). un' altro BASILICAM IN QVA TABVLAE MVNERIS AB EO EDITI POSITAE SVNT CONSVMMAVIT, LVDOS PALMARES OB DEDICATIONEM EORVM EXHIBIT. L' istessa distinzione usano gli scrittori *Gladiatores*, dice Cicerone ad Attic. 2. Ep. 1. e 19. ad Famil. VII. 1. e *Gladiatorio munere multitudo maxime delectatur* (Pro Sextio c. 58.), e Livio (L. 23. c. 30.) *M. Aemilio Lepido filii tres L. M. Q. Ludos Funebres per triduum et gladiatorum paria duo et viginti per triduum in foro dederunt*. E Tacito uso costantemente *gladiatorum spectaculum* (L. IV. 62. XI. 22. XII. 57. XV. 32.) *e munus* (IV. 63. XIII. 31. XV. 34.) negli Annali, e nella Istoria distintamente *ludo et arena pollui* (II. 62.), e Plinio nella epistola 8. L. 1. *Accedebat quod non ludos aut gladiatores pollicebamur*, e nel L. VI. ep. 34. *Recte fecisti quod gladiatorum munus promisisti*, e Festo *pecunia quae erogabatur in ludos et spectacula*.

Così Valerio Massimo in tutto il libro che intitola *de spectaculis*, *ludos* distingue 11, 2. 3. 4. 5. 6. dal *gladiatorum munus*, L. I. c. 7. 7. 8. e S. Ambrogio 11. off. 21. *Qui ludis circensibus vel etiam theatralibus et muneribus gladiatoriis vel etiam venationibus patrimonium dilapidant suum*; e Tertulliano nel suo libro *de spectaculis*, dopo aver discorso dei *ludi* romani d'ogni sorta, viene a parlare del *munus* separatamente così : *Superest illius insignissimi spectaculi acceptissimi recognitio. Munus dictum est ab officio*; e Lattanzio (*De vero cultu*. VI. 20.) : *Venationes et quae vocantur munera Saturno attributa sunt, ludi scenici Libero, circenses Neptuno*. (cf. cod. Theod. XV. Tit. V. 2. e XVI. tit. X. 3.). Ma lasciamo tutt' altro. Non è egli lo stesso Suetonio, che costantemente distingue i ludi dagli spettacoli gladiatorii in ciascuna delle dodici vite, ove suole descrivere gli spettacoli dati dagli Imperatori? Egli nel Giulio c. 39. *Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota et quidem per omnium linguarum histriones*. Egli nell' Augusto c. 43. *Munere in foro depugnavit Iulius Leptinus, ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum suum egit*. Anzi Augusto medesimo nella sua vita, ove dal latino ora mancante si traduce (C. I. Gr. n. 4040; col. VIII. ΔΑΠΑΝΑΙ ΕΙΣ ΘΕΑΣ ΚΑΙ ΜΟΝΟΜΑΧΟΥΣ ΚΑΙ ΑΘΛΗΤΑΣ ΚΑΙ ΝΑΥΜΑΧΙΑΝ ΚΑΙ ΘΗΠΟΜΑΧΙΑΝ, corrispondente alle *Expensae in spectacula et gladiatores et atletas et naumachiam et venationem*. Egli nel Tiberio c. 7. *Munus gladiatorium dedit, dedit et ludos*. Egli nel Caligola c. 18. *Munera gladiatoria edidit, scenicos ludos et assidue fecit*, e nel Claudio c. 21. *Spectacula complura magnificaque edidit, ludos commisit, gladiatoria munera plurifariam ac multiplicia exhibuit*, e nel Nerone c. 11. *Spectaculorum plurima et varia genera edidit, iuvenales, circenses, scenicos ludos, gladiatorum munus*, ec. 12. *Hos ludos spectavit e proscenii fastigio. Munere quod in amphitheatro ligneo dedit neminem occidit*, e nel Tito c. 7. *Amphitheatro dedicato munus edidit apparatissimum largissimumque*, e nel Domiziano c. 4. *Spectacula assidue magnifica et sumptuosa edidit, gladiatorium spectaculum, ludos saeculares*. Dopo un tal corredo di essempl poco importa se nel quarto e nel quinto secolo scriva Trebellio, *Ludos gladiatorios edi-*

